



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

7. Utrùm generalis exemptio censeatur etiam eximere à subsidio per  
Papam imposito.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

jicitur, tandemq; extat conditio videtur canonicam non deberi, nam tempore re-  
 stamenti, & mortis Ecclesia exempta est unde si postea muret statum, ideo fieri non  
 debet praesudicium Ecclesiae cui prius fuit ius quaesitum *l. id quod nostrum ff. de reg. iur.*  
 E contra vero, videtur inspiciendum tempus conditionis existentis quo quidem  
 tempore Ecclesia subiecta invenitur *l. si usufructus ff. quana. die; usufr. legati l. qua le-  
 gata ff. de reg. iur.* Paucis articuli huius diudicatio pendet ex eo utrum conditio ex-  
 itens retrahatur ad tempus mortis seu testamenti, qua de re suis in sedibus fule Do-  
 ctiores Barb. *l. si u qui pro emptore ff. de usucap. l. qui Balneum ff. qui pot. in pig.*

Utrum autem canonica Episcopi impediatur petitionem canonicae parochialis da-  
 bitur, paucis dicendum est quod non, tam altera ab altera diversa est & ex diver-  
 so iure competens Hostiens. in *Summa de sepulturis n. 14. §. & utrum illa ratione oneris*  
*Episcopalis dicitur conclusio secunda.* Haec autem ratione oneris parochialis quod  
 consistit in quotidiana celebratione, Baptisatione, poenitentiarum injunctio, qua  
 de re videatur fufius Hostiensis & DD. *cap. in nostra de Sepulturis cap. certificar cap.*  
*qum super eod.*

QV AESTIO VII.

Utrum generalis exemptio censetur etiam eximere à subsidio per  
 Papam imposito.

**M**inime: Quia nemo ab eiusmodi charitativo subsidio Papae debito exemptus  
 esse censetur. *Io. Andr. ca. cum instantia de censib. Oldr. ad cons. 104. incip. circa*  
*propositam quaestionem per l. r. c. de indict. lib. 10. l. neminem c. de sacros. Eccles.* Quod  
 tamen restringendum est nisi quis speciali privilegio ab eiusmodi onere nominatim  
 eximeretur *ca. decet de reg. iur. in 6. ca. 1. & 2. 25. q. 2. Bellencin. tract. de charit. subsidio*  
*qu. 8. n. 3. quod non est praesumendum quippe quod illud concedi non contulerit*  
*d. cap. cum instantia vers. quod non credimus & cap. accedentes de praescript.*

QV AESTIO VIII.

Utrum Episcopus cum Clero eximere possit à subsidio charitativo.

**P**osse, responderunt plerique *Spec. tit. de censib. §. nunc dicendum vers. quid si. Ap-*  
*tius tamen cum distinctione respondendum iudico nempe in praesudicium Pa-*  
*pae non posse at vero in praesudicium Episcopi posse l. vacuatis ubi DD. c. de decurionib.*  
*lib. 10. l. inter debitorem ff. de pactis Bellenc. de charit. subsid. quaest. 60.*